Christophorus noster, Vadiane doctiss., iam instituti operis poenitere
territus, ut puto, longi temporis sumptu et labore, quo nobis omnino
opus esset, tot tabulis ~~omnibus~~ non affabre modo et eleganter, ut ais, sed et
certe emendatius depingendis. Iam cum plus quam tres septimanas in
exornando Universali typo Chorographico sedulo insudavit. Tum etiam
quod Apianus aiunt Ptolemaei tabulas emendatiores editurus. Quod utinam
tam recte fiat quam periculosum. Vereor enim, ~~ut~~ nova illa facies terrarum
veteri descriptioni non quadrat. Et Ptolemaeo emendando prorsus omittemus.
Malo tamen Apiani in hac re industriam quam Münsteri, qui et ipse +
olim Ptolemaeo, si diis placet, Chrysolorae imitabatur. Ceterum illis

\+ rerum nobis

nundinis iam rectius expressimus. Interim tabulam Helvetiae nostrae
ut cupis, summa qua possum locorum observatione, nobis et Musis, exarabo,
ut presto sit, si cuius usus expostulaverit. Et interim etiam valeant
qui Helvetiis malevolunt. Tot errata in opere meo, ~~quibus~~ prorsus
etiam errore me fuerunt, quo errore gravissima sunt. Nisi amanuensis
tuus in causa sit, in meus etiam, Vadianus Phaletio versus integer
omissus erat, quem postea inter socias + operas ad nos transmisit,

\+ ut puto

non fidus custos Musarum. Tu tu vale et operam nostram boni consule
utaris ea quoties voles liberaliss. ac promptiss. Dominum adhortare
ut nostri indigentis recordetur. Ex Tiguri 27 Augusti 1534.

Bibliander tuus.

Typus noster geographicus hodie hora 12 plo absolvetur, alias ad te
misissem.

Praestantiss. Viro,
D. Ioachimo Vadia
no [illegible] suo.